

CAPUT II.

1. Anno tertio-decimo Nabuchodonosor regis, vigesima et secunda die mensis primi (1), factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ut defenderet se.

2. Vocavitque omnes majores natu, omnesque duces et bellatores suos, et habuit cum eis mysterium consilii sui;

3. Dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.

4. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem (2), principem militiae suae.

5. Et dixit ei: Egredere adversus omne regnum Occidentis, et contra eos precipue, qui contempserunt imperium meum (3).

6. Non pareat oculus tuus ulli regno, omnipotem urbem munitam subjugabis mihi.

(1) Qui est Martius apud Hebraeos, sicut plenius declaravi Genes. 7. et Exod. 12; finis autem hujus mensis in quo est principium veris, est tempus aptum ad dispendium de bellis, maxime in terris calidis, cuiusmodi sunt praenominatae.

(2) Holofernes Persicum est nomen, ut Artaphernes, Tisaphernes, Intaphernes. Et vero hunc Nabuchodonosor archistrategum persam fuisse, ait Cedrenus. Et hoc nomine facilius induci poterat Persae, de quibus inf. à cap. 16. v. 12, ut se huc militiae socios jungerent. Unde, si fallor, evidenter patet, hanc Juditha historiam ante inchoatam monarchiam Persarum contigisse. Nam illa stabilita, quomodo vel sub Cambyse, vel sub Xerxe, vel sub alio quopiam rege induci potuissent Persae, tunc rerum domini, et totius Orientis monarchae, ut rebelli uni Assyrio, necesse unde proreperunt Nabuchodonosori, junctis copiis adessent, ad imperium totius orbis ipsi parandum, sibi vero subtrahendum? Porro Holofernes hic, qui in Latino vocatur princeps militiae, in Graeco dicitur fuisse secundus post Nabuchodonosorem. Quis in Aegypto post Pharaonem adhaerent Josephus, post Assurum in Persiae Aman; et nuper post Assar-Addon in Assyria Achiacharus. Unde etiam Holofernes à Zonara vocatur archistrataga; à Tertulliano et Augustino etiam rex, tum ob potentiam et opes penè regis; tum ob regium imperium et potestatem, quod praeditus erat. Neque aegre ferebatur magni monarchae, quod minores quosdam reges sibi haberent ministros.

(3) In Graeco plus est, *ἐπιβουλεύων τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, parare militiam terram et aquam*, quae est solemnitas formulae postulantis deditioem. Herodotus in Darii Historia libro 6, *καλεῖσθαι ἀσπίων βασιλεὺς τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, jubens possidere regi terram*

1. Ainsi l'an treizième du règne de Nabuchodonosor, le vingt-deuxième du premier mois, il fut décidé dans le palais de Nabuchodonosor, roi des Assyriens, qu'il se vengerait.

2. Il assembla tous les anciens, tous les généraux et ses guerriers, et il leur communiqua le secret de son dessein.

3. Il leur dit que sa pensée était d'assujettir à son empire toute la terre.

4. Ce qui ayant été approuvé de tous, le roi Nabuchodonosor fit venir Holoferne, général de ses troupes.

5. Et lui dit: Allez attaquer tous les royaumes d'Occident, et principalement ceux qui ont méprisé mes ordres.

6. Que votre œil n'épargne aucun royaume, et vous m'assujettirez toutes les villes fortifiées (1).

et aquam. Habes item loquendi genus in Hippocratis Epistolâ 8 et 9, et libro Polihii 9. Plutarchus in Themistocle, *τοῖς παραβουλεύων ὁρῶ βασιλεὺς τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, qui missi à rege erant ad poscendam terram et aquam.*

(Grotius.)

(1) Qui ne croirait, à l'entendre, que c'est Dieu même qui parle avec cet empire souverain qu'il a sur ses créatures, et qui donne à ses serviteurs ses ordres toujours infaillibles, comme il les donna à anciennement à Moïse et à Josué, lorsqu'en leur commandant d'aller combattre leurs ennemis, il livrait en même temps ses ennemis entre leurs mains? Mais quelle prodigieuse différence entre un homme vain et le Seigneur tout-puissant; entre un prince qui n'a rien à lui que son orgueil, et Dieu même, à qui tous les princes, dans le comble même de cet orgueil qui les élève, sont très-platement assujettis! C'est là véritablement le mystère qui était renfermé, sans qu'il le connût, dans le secret qu'il communiquait à ses officiers touchant la résolution qu'il avait formée de *assujettir toute la terre*; un mystère qui ne pouvait être pénétré que par la lumière de la loi, et qui lui aurait apparu par la lumière de la foi, et qui lui aurait appris, s'il eût été digne de le connaître, que tous les desseins des hommes sont remplis de vanité, lorsqu'ils ne se trouvent point appuyés sur le fondement inébranlable de la volonté de Dieu.

L'expression dont il se sert en parlant à Holoferne est très-remarquable. *Votre œil*, lui dit-il, *n'épargne aucun royaume*, c'est-à-dire un œil de compassion, ou d'avarice. C'est ainsi que l'eil de Saül fut la cause de sa perte, et lorsqu'un lieu d'obéir aveuglément à l'ordre de Dieu, qui lui avait défendu de rien épargner de tout Amalec, il fut touché d'une fausse

7. Tunc Holofernes vocavit duces et magistratus virtutis Assyriorum, et dinumeravit viros in expeditionem, sicut praecepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, et equitum sagittariorum duodecim millia (1).

8. Omnemque expeditionem suam fecit praere in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quae exercitibus sufficièrent copiosè (2), bœum quoque armenta, gregesque ovium quorum non erat numerus.

9. Frumentum ex omni Syria (3) in transitu suo parari constituit.

10. Aurum vero, et argentum de domo regis assumpsit multum nimis.

11. Et profectus est ipse et omnis exercitus cum quadrigis, et equitibus, et sagittariis, qui cooperuerunt faciem terrae, sicut locustae.

12. Cumque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciae (4), ascenditque omnia castralla eorum, et obtinuit omnem munitionem.

13. Effregit (5) autem civitatem opina-

compassion pour leur roi, et réserva, comme le marque l'écriture, tout ce qu'il y avait de plus beau parmi le butin. (Sacy.)

(1) Graeca habent 120 millia, ubi videtur esse mendam in numero, et delenda esse cifra 0, ut inhaerent 12 millia, ubi habet noster. Quis enim tot millia equitum in aciem coaduxit? Sanè Darius contra Alexandrum coaduxit equitum duntaxat 44 millia, peditum ducenta, ait Curtius, lib. 4, nisi quis dicat equitum sagittariorum hic fuisse 12, cæterorum vero equitum lanceis, sarissis, bipenniibus, etc., armatorum fuisse 108 millia, ut utrisque junctis fierent 120 millia. Fortè in Graecis dempto centum, legendum est 20, è quibus 12 millia fuerint sagittariorum, ubi etiam habet Graecus, cæteri alterius armaturae.

(2) In Graeco est: *καὶ ἄλλα μακρὰ, καὶ βόες, καὶ τῆς ἀναγκαζίας ἀρῶν, et sumptus camelos et asinos ad usum sartharum quae illi habebant, ubi ἀναγκαζία significat sarcinas. Ita enim vertunt Septuaginta, כִּסְוָה, Exodi 40, 36. Numeror. 10, 12, et לָוֶה, Deuteronom. 20, 14.*

(3) Unde patet aliquam partem Syriae jam in potestatem regis venisse. (Vatablus.)

(4) Additur in Graeco, *superioris*. Veristimè est designari hic Taurum et Antitaurum, quia et hi magni sunt montes, et his adjacent Cilicia. Et hi tot admittunt nomina, quia gentes illos vel incolunt, vel accedunt, vel describunt, testibus Plinio et Dionysio. Et forsàn ob tot

7. Alors Holoferne fit venir les chefs et les officiers des forces des Assyriens, et il compta pour se mettre en campagne, selon l'ordre qu'il en avait reçu du roi, cent vingt mille hommes de pied et douze mille archers à cheval.

8. Il fit précéder son expédition d'une multitude innombrable de chameaux, avec les provisions qui entretenaient l'abondance dans l'armée, et des troupeaux de bœufs et de moutons qui étaient sans nombre.

9. Il commanda que dans toute la Syrie on tint prêt du blé lorsqu'il passerait.

10. Il prit aussi de la maison du roi des sommes immenses d'or et d'argent.

11. Et il partit, lui et toutes ses troupes, avec ses chariots, sa cavalerie et ses archers, qui couvrirent la face de la terre comme des sauterelles.

12. Lorsqu'il eut dépassé les confins de l'Assyrie, il vint aux grandes montagnes d'Ange, qui sont à gauche de la Cilicie; il conquit tous les châteaux et se rendit maître de toutes les places fortes.

13. Il prit d'assaut la célèbre ville de Mélo-

montium vastos et desolatos acervos, quot in Taurinis istis jugis reperuntur, ab Hebraeis vel Chaldaeis dicitur Ange ab Hai, quod acervum significat, et vastitatem et desolationem. Forsàn et à populo, vel à loco vicino, nempe, unde dux ille Philotas apud Curtium dicitur fuisse Angeus; vel mons apud Herodotum Rangas, sicut alios Rangens. (Tirinus.)

MONTES ANGE. Strabon. lib. 12. Bagdania planities extendit inter Taurum et Argæum in Cappadocia. Argæus vero mons, omnium qui sunt in illis regionibus altissimus, postus est ad sinistram, id est, juxta receptum apud Hebraeos loquendi modum, ad septentrionem superioris Ciliciae. nec magis quam trium dierum itinerè distat Ninive; quare magnos montes Ange, Argæum montem, et planities Bagdanialem esse arbitramur. (Vatablus.)

Ange est in Arabia Prolemaea. In Graeco est, *ἐστὶν ὄρος τῆς ἀναγκαζίας ἀρῶν, καὶ τῆς ἀναγκαζίας ἀρῶν, ante caespitaria Beccileth, et castra moterè à Beccileth. Baethallo est Ptolemaeus in Syria. Syria et Arabia sunt ἀναγκαζίας τῆς ἐπιβουλεύσεως τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, prope montem qui est ad sinistram Ciliciae superioris, ad sinistram itis qui ex Assyria Ciliciam transeunt.*

(5) Seu perfringendo expugnavit civitatem opinatissimam, id est, famosissimam, Meloth; de qua 2 Mach. 4, v. 30, ubi etiam cum Tharsi conjungitur. Et videtur ea esse quae à Plinio Milita vocatur, à Ptolemaeo Melitana; à Semiramide olim consita haud proci, Euphrate.

tissimam Melothi, praeavitque omnes filios Tharsis (1), et filios Ismael (2), qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terre Cellon.

14. Et transivit Euphratem, et venit in Mesopotamiam; et fregit omnes civitates excelsas, quae erant ibi, a torrente Mambre (3) usquequo perveniatur ad mare.

15. Et occupavit terminos ejus a Cilicia usque ad fines Japheth (4), qui sunt ad austrum.

16. Abduxitque omnes filios Madian (5), et praeavit omnem locupletationem eorum (6), omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii.

17. Et post haec descendit in campos Damasci in diebus messis (7), et succendit omnia sata, omnesque arbores et vineas fecit inedi.

18. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

Putaturque sic dicta a plenitudine (hoc enim significat melothi, id est, opulenta et abundantia omnium rerum).

PRÆDIXIT, pro deprædatus est. Sed hoc interpretari nostro non minus licuit, quam Ennio criminari, Turpilio proficiaceret, Navio munitas, Pomponio convitant, Titinio ocellasi, Varronio imitat, Virgilio populat, Ciceroni augurat, Plauto sagat, perscrutasi, et aliis alia. (Tirinus.)

EFFREGIT AUTEM, id est, famosissimam nomine Melothi, ad quam conveniebant mercatores de diversis partibus orbis, et sic ejus famam deportabant ad partes remotas.

(1) Hi sunt de quibus dicitur 2 Mach. 4, 30: Contigit Tharsenses et Malitias seditionem movere, eo quod Antiochidi regis concubinae dono essent diti. Tharsis enim fuit nepos Japheth, Gen. 10, a quo mare Mediterraneum, et Cilicia ejus terminus, indeque quodvis mare vocatum est Tharsis. (Corn. à Lap.)

Cilices vocabantur filii Tharsis ab urbe Tharso, et patre suo Tharsis filio Javanis. (Vatablus.)

In Graeco est, xai δεικνεν τὸ φῶς xai τὸ δόξ, et concidit Phud et Lud, id est, Afros et Lydos, Aegyptiorum socios, Jeremie 46, 9. (Grotius.)

PRÆDAVITQUE OMNES FILIOS THARSIS, id est, sub hasta vendidit. Graeco, xai ἀπεπράξατο υἱὸς πόντος Πάρου, et in praeda vendidit omnes filios Tharsis; ubi ex Latino rescribendum Θεσπίε. Intelligi non Oceani aecolas, quos aliqui vox illa notat, sed Cilicas, quorum urbs Tharsus, a quibus fortè illi ad Oceanaum venere.

ET FILIOS ISMAEL, QUI ERANT CONTRA FACIEM DESERTI, ET AD AUSTRUM TERRAE CELLON. In Graeco, xai υἱὸς Ἰσραὴλ κατὰ πρόσωπον τῆς ἐρήμου πρὸς νότον τῆς Χελδών, et filios Ismael ante desertum

the; il pilla tous les habitants de Tharsis, et les enfans d'Ismaël, qui étaient à la tête du désert de l'Arabie, et au midi de la terre de Cellon.

14. Et il passa une seconde fois l'Euphrate, et vint en Mésopotamie; il força toutes les grandes villes qui étaient là, depuis le torrent de Mambre, jusqu'où l'on arrive à la mer.

15. Et il s'empara du pays depuis la Cilicie jusqu'aux confins de Japheth, qui sont au midi.

16. Il emmena avec lui tous les enfans de Madian, pilla toutes leurs richesses, et fit passer au fil de l'épée tous ceux qui lui résistaient.

17. Il descendit ensuite dans les champs de Damas au temps de la moisson, brûla tous les blés, et fit couper tous les arbres et toutes les vignes.

18. Et la terreur de ses armes se répandit sur tous les habitants de la terre.

ad austrum Chellon. Desertum intellige Arabum solitudines, et Chellon Palmyrenae partem, quae Χαλδία in Graeco. (Grotius.)

(2) Longè distant Cilices ab Ismaëliis, sed non servatur ordo devictarum provinciarum, cum non esset necessarius. (Menochius.)

(3) In Graeco, ἐν τῷ χειμῶντι λέγονται, in torrente Abronai. Intelligitur hic alveus Euphratis Χαβάρ, Chobar; λέγονται Abroram eum Graeci quidam vocant, unde λέγονται, Abronai, et transpositis litteris λέγονται, Abronai. In Latino fuerat, credo, Abre, unde scribit fecere Mambre, ex loco Genesios 13, 18.

USQUEQUO Pervenitur ad mare: Ciliciam. (Grotius.)

A TORRENTE MAMBRE, etc., id est, a fluvio Chaborâ usque ad sinum Persicum, totam scilicet Mesopotamiam. (Vatablus.)

(4) Legendum Japheth ex Josue 16, 2. (Grotius.)

(5) Ili habitabant ad orientem maris Maritimi. (Vatablus.)

(6) In Graeco: Καὶ ἀπεπράξατο τὰς πόδας ἀβρῶν. Mandra sunt septa quibus et viduatur armenta et greges. Sophon. 2, 6. Judic. 6, 2; Ezechiel. 54, 14.

(7) Damascum praeterierat, trajecto iterum Euphrate, ut arma populis Mesopotamiae inferret. His exteriusque ad Euphratem gentibus superatis, iter Damascum vertit, expectato de industria messis tempore, ut vastata regione, crematis messibus, caesisque arboribus ac vitibus, incolas cogeret ad dedicationem. Graecus fusior est: Incendit omnes agros eorum, et greges, et armenta boum dedit in perditionem, et civitates eorum spoliavit, et campos eorum ventillavit, et percussit omnes juvenes eorum in ore gladii, et incidit timor et tremor ejus super habitantes maritimas, eos qui erant in Sidone et Tyro, et habitantes Sur et Ocina et omnes

TRANSLATIO EX GRAECO.

1. Et in anno octavo et decimo, secundâ et vigesima die primi mensis, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ulcisci omnem terram sicut locutus erat. — 2. Et convocavit omnes ministros suos, et omnes magnates suos, et posuit cum eis mysterium consilii sui. — Et consummavit omne malum terrae de ore suo. — 3. Et ipsi judicaverunt exterminare omnem carnem, qui non obsecuti fuerant sermوني oris ejus. — 4. Et factum est, ut consummavit consilium suum; vocavit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olophernem principem virtutis suae, qui secundus erat ab ipso, — et dixit ad eum: — 5. Hæc dicit rex magnus, dominus universae terrae. Ecce tu egredieris a facie meâ, et sumes tecum viros confidentes in fortitudine sua, peditem ad millia centum viginti, et multitudinem equorum cum ascensoribus myriadam duodecim. — 6. Et egredieris in occursum omni terrae ad occidentem, quoniam non obdierunt verbo oris mei. — 7. Et annuntiabis eis parare terram, et aquam, quoniam egrediar in furore meo super eos; et operiam omnem faciem terrae in pedibus virtutis meae, et dabo illos in direptionem eis. — 8. Et casu istorum implebit valles, et torrentes ipsorum; et fluvius inundans mortuis eorum implebitur. — 9. Et ducam captivitatem eorum, ad summities universae terrae. — 10. Tu verò egressus praecipubis mihi omnem terminum eorum: et dedit se tibi, et conservabis mihi eos in diem argumentis eorum. — 11. Super inobedientes autem non parcat oculus tuus dare eos in eadem et direptionem in omni terra tua. — 12. Quoniam vivens ego, et imperium regni mei, locutus sum, et faciam hæc in manu meâ. — 13. Et tu autem non transgredieris unum quid ex verbis domini tui, sed perficiens perficias, sicut præcepi tibi; et non cunctaberis facere hæc. — 14. Et exivit Olophernes a facie domini sui, et vocavit omnes dynastas, et duces, et praesides virtutis Assur. — 15. Et numeravit electos viros in aciem, sicut jusserat ei dominus ejus, ad myriadas duodecim, et equites sagittarios duodecim millia. — 16. Et ordinavit eos, quemadmodum belli multitudo coordinatur. — 17. Et sumpsit camelos, et asinos, et mulos, ad impedienda ipsorum, multitudinem plurimam valde, et oves et boves, et capras ad apparatus ipsorum, quorum non erat numerus. — 18. Et rem frumentariam omni viro in multitudine, — et aurum, et argentum et rem regis multum valde. — 19. Et exiit ipse, et universa virtus ejus ad iter ad praecedendum regem Nabuchodonosor, et operiendum omnem faciem terrae ad Occidentem in curribus, et equitibus, et pedibus electis ipsorum. — 20. Et multus admixtus, tanquam locusta exierunt cum eis, et tanquam arena terrae: non enim erat numerus præ multitudine eorum. — 21. Et abierunt de Nineve viam trium dierum super faciem campi Beclith: — et castra fecit à Beclith prope montem, qui ad sinistram superioris Ciliciae. — 22. Et sumpsit omnem virtutem suam, pedites, et equites, et currus suos; et abiit inde in montanam. — 23. Et exiit Phud, et Lud; et præditi sunt omnes filios Rassis, et filios Ismael, qui super faciem deserti ad austrum Chellon. — 24. Et transivit Euphratem, — et pertransiit Mesopotamiam, et diruit omnes civitates excelsas, quae super torrentem Abrona usque ad veniendum super mare. — 25. Et cepit fines Ciliciae, et concidit omnes resistentes sibi. Et venit usque ad fines Japheth, qui ad austrum super faciem Arabiae. — 25. Et circumivit omnes filios Madian, et incendit tabernacula eorum, et diripuit mandras eorum. — 27. Et descendit in campum Damasci in diebus messis triticorum, et incendit omnes agros eorum; et greges, et armenta boum dedit in perditionem; et civitates eorum spoliavit, et campos eorum ventillavit et percussit omnes juvenes eorum in ore gladii. — 28. Et incidit timor et tremor ejus super omnes habitantes maritimas, eos qui erant in Sidone, et Tyro, et habitantes Sur, et Ocina, et omnes habitantes Hiennaan. Et habitantes in Azoto et Ascalone timerunt eum valde.

habitantes Jemmaam; et habitantes in Azoto et Ascalone timerunt valde. Tyrum et Sidonem ignorat nemo. Sur ipsa est eademque Tyres, Tyrus; ita enim appellant Graeci, Hebraei appellant Zur, 72. Innuere etiam potest Syriam: quo sensu pariter à Syriaco accipitur. Ocina ipsa est Aze vel Actio, vel Ptolemais; Jemmaa est Jamnia, vel Sabnia, vel James, urbs Palaestinae maritima. Syrus explicat de Leha, ad meridiem Juda. Ascalon et Azotus urbes sunt in ditioe Philistaeorum. Non possumus quomodo niremur, cum tantam victoriarum Hierolofnris celeritatem legimus. A die vigesima

secundâ primi mensis, quo sese ad bellum parare jussus est, ad tempus messis frumentatae, intervallum est sex vel septem hebdomadarum, quo temporis spatio Cappadociam, Lydiam, Ciliciam, Mesopotamiam, ab amne Chaborâ usque ad Sinum Persicum, ipsa est Aze vel Actio, vel Ptolemais; Jemmaa est Jamnia, vel Sabnia, vel James, urbs Palaestinae maritima. Syrus explicat de Leha, ad meridiem Juda. Ascalon et Azotus urbes sunt in ditioe Philistaeorum. Non possumus quomodo niremur, cum tantam victoriarum Hierolofnris celeritatem legimus. A die vigesima

(Gaimet.)

De cogitato quassioque bello traduntur hic quatuor: quomodo videlicet in deliberationem et consilium à rege id adductum sit, quomodo ducti commissum, ob hoc apparatus, tandemque geri ceptum sit. In primo, spectandum consilii tempore, consultores, materia et exitus. Tempus fuit Nabuchodonosoris annus decimus tertius (de quo ante quaestunculâ 11), mensis anni primus. Chaldaeos, Assyrios, adeoque Orientem totum ab autumno inchoare tradunt non pauci, neque ego contra pugno; sed tantam primum hic mensem non videri autumnalem, quem tisi et hyperborearum alii, nos septembrem vocamus. Nam cum è superiori bello copia adhuc adesset, vel earum certè pars maxima, ut ex festarum de quibus capite superiori, epularum agitationibus colligi potest, bellum hoc Holoferni demandatum. Is verò celeriter perrexit, hiberna nusquam habuit: et tamen hoc ipso capite vers. 47, *descendit in campos Damasci, in diebus messis*. Vel igitur apud Assyrios, sicuti et apud Hebraeos, duplex erat anni auspiciu, unum ab autumno, à vere alteram; vel ista Hebraeorum anno, cui nova aequinoctii verni luna initium dabat, quemque nisan et xanteium appellat, nos martium, convenienter ab Hebraeo auctore scripta sunt. Dies erat mensis hujus 22: an historicae veritati parum studetur, ubi tam accuratè anni, menses, dies recensentur? Est hoc verò tempus, quo solent reges ad bella procellere, à Reg. 11, vers. 1. Si porrò per 120 dies quibus otium epulationumque graecis nobis textus dixerat, ascendamus, deletum Arphaxadum comperiemus mense novembri. Stique hiemem totam epulationibus et ludis datam. Itemque legationibus hic et illuc, varios ad populos, ablegandis et recipiendis. Consultores Latino triplices nominantur v. 2, omnes scilicet majores natu, omneque duces et bellatores. Per bellatores, non milites omnes intelliguntur, sed bellicæ rei peritores homines, eaque laude præstantiores. Quod enim consilii mysterium, id est, arcanum, foret, si gregariis etiam militibus omnibus pervulgaretur? Similiter in Graeco dùm præter totos *μεγιστάς*, ponuntur *ἀρχαί* et *ὀψώνοι*, intelliguntur omnes ministri, non opinor etiam atrien- ses, culinarii, mediastini, sed intimi et præcipui. Materia dupliciter proponitur. Primò, ut *defenderet se*. Justa belli causa tradi solet defensio, quæ locum tunc habet, cum vi vis illata defendenda est, cum propulsanda, in-

quam, à nobis, vel iis quos tueri debemus, injuria. Nulla verò Nabuchodonosori à gentibus illis injuria fiebat, quin verò ipsis ab eo fiebat. Ideò facit ille quod iniqui penè omnes solent, honesto nomine suum ipse scelus velat, quemadmodum et apud Herodotum lib. 7, Xerxes bellum Graecis inferre volebat, *τὴν Ἀθῶναιον τυροπικίαν, Atheniensium punishmentem*, eisi multò quàm Nabuchodonosor verius appellat, cum ambitio, latiusque reguandi mera esset cupiditas. *Deinde, dixit cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjigaret imperio*. Jam planè loquitur, defensionis larvam deponit, ambitionis ulcus aperit. Una, inquit, in iis quæ supersunt fragmentis, Salustius, et ea vetus causa bellandi est, pro- fanda cupido imperii et divitiarum. Idemque in Catilinâ, et libidinem dominandè causam belli habent, et maximam gloriam in maximo imperio putant. Sed quàm insatrabilis bellua cupiditas! Non earum solummodò gentium quas ante nominavit, terram devorare vult, sed omnem omnino terram. O ventrem, ô abdomen! Ex eadem scilicet nunquam explenda fames.

Pellæo juveni totus non sufficit orbis.

Ego, ait ipsemet apud Curtium lib 9, orsus à Macedoniâ imperium, Graciam teneo, Thraciam et Illyricos subegi Tribalis, Medis- que imperito. Asiam, quæ Hellesponto, quæ Rubro mari alluitur, possideo. Jamque haud procul absum à fine mundi. Quem egressus, et aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui. Et sanè sunt, qui flevisse ipsum aiant cum alium, quem deglutiret, terræ orbem nullum esse, à philosopho quodam audiret. Sed ubi sunt, ait Baruch cap. 5, v. 16, 18, *principes qui argentum thesaurizant et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum?* In graecis verò duplex hic lectio: in Complutensibus quidem, *ἐπιβήσαντες πάντων τῶν κείνων τῆς γῆς ἢ τῶν σήμερον αὐτῶν, convocavit ex ore suo, sen declaravit et ex- prompsit omnem terræ malitiam; quomodo scilicet male ab omni terrâ legati sui accepti fuissent. In Romanis verò, *ἐκβήσαντες πάντων κείνων τῆς γῆς ἢ τῶν σήμερον αὐτῶν, perfecit ex ore suo, id est, perfecitè narravit malitiam terræ omnem, quæ se affectum contempturne putabat, vel perfecitè omninoque declaravit se malis terram omnem affecturum, et dixeraturum. Consilii porrò hujus exitus, versu 4, est, quod à Nabuchodonosore dicitur erat plausiva omni-**

bus. In tanto majorem natu consiliariosum, summatum, bellatorumque numero Artabanus, qui prosperiore victoriâ timidum, injustâ irâ furentem, ambitione insanum Xerxem officii moneret, nullus fuit? Ecce in Romanorum senatu, cum, devicto Maedonum rege Persæo, gaudio penè ebria omninoque de mentis statu deturbata Roma esset, jamque Rhodienses, qui regem illum adjuvârunt, veniam suppliciter petentes vix Romanorum principum plerique audirent, eamque amplissimam civitatem animo jam suo exsorberent, ecce, loquum, quæ apud Gellium l. 6, c. 3, suaserit, dixerit Cato: «Scio solere plerisque hominibus, rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis, animum excellentem, atque superbiam, atque ferocitatem augescere atque crescere, quod nunc mihi magnæ curæ est, quòd hæc res tam secundè processerit, ne quid in consulendo adversi eveniat, quòd nostras secundas res conficiat, neve hæc victoriâ nimis luxuriosè eveniat. Adversæ res se domant, et docent quid opus sit facto. Secundæ res lætitiâ transversum trudere solent à rectè consulendo, atque intelligendo. Quò majore opere dico, suadeoque uti hæc res aliquot dies proferatur, dùm ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus.» At in Nabuchodonosoris consilio Cato nullus, Mardonii omnes, ut quod de Ægyptiorum Pharaone dixit, cap. 49, Isaias vers. 11, id in nostrum istum quadret optimè. *Stulti principes Taneos sapientes, consiliiarii Pharaonis dederunt consilium insipientes. Ubi uno sunt sapientes tui? annuntient tibi, et indicent quia cogitaveris Dominus exercituum super Ægyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Memphis, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus. Misera profecit principum eorum sors, quorum consiliiarii unum hoc consilium, principibus ipsis assentari, private suæ rei et gratiæ studere, omnia illorum honesta atque inhonesta laudare, nullis eorum iracundiam, avaritiam, fastum, ambitionem, ceterosque animorum impetus, modestis, prudentibus, æquisque suasionibus vel refrænare, vel pro virili sufflaminare. Dissipantur, ait Salomon Proverb. 15, vers. 22, cogitationes, ubi non est consilium; ubi verò sunt plures consiliiarii, confirmantur.* Sed verè consiliiarii, qui regis regniq; publicæ rei consulant, quibus et in pectore sapientia, et in ore, non illa, quæ nescio quis, byssina, aulæ verba vocabat, sed vera, fortia, utilia. Horum verò quos in con-

silium adhibuit Nabuchodonosor, sedam assentationem, eodemque prosperitatis et ambitionis vino, aut veneno potitis, madidam et mentem et orationem ita notat textus Graecus: *Ἀδελφοὶ ἔσονται ὁδοῦντα πάντα σάρκα ἢ οὐκ ἠδολοῦθα- σαν τὸ λόγον τοῦ σήμερον αὐτῶν. Ipsi decreverunt omnem carnem funditis perdere, qui verbum oris ejus secuti non essent. Omnis caro pro omnibus hominibus dicitur, ut Genes. 6, vers. 12: Omnis caro corruperat viam suam super terram. Sicuti et ab alterâ hominis parte interdum etiam dicitur homo, anima, ut Genes 47, vers. 44, Levit. 4, vers. 2 et 27 c. 4, vers. 6.* Alterum, quod hoc in capite proponitur, est, quomodo cogitatum à Nabuchodonosore, à consiliariis omnibus approbatum bellum, à ducibus uni Holoferni demandatum sit v. 4, ubi duæ veluti quaestunculæ sunt:

1^o Quis Holofernes?

In Graeco *ὁλοφέρνης*, et cap. 10, in Latino, princeps militiae vocatur; sed in illo additur *δούλος* ἢ *μὲν* αὐτῶν, secundus post Nabuchodonosorem, quemadmodum post Pharaonem in Ægypto Josephus, Genes. 41, v. 40; Aman post Assuerum in Perside, Esther c. 5 et 4. Ideoque apud Zonaram, archisatrapa (dicam verò de satrapis in Esther cap. 1) nuncupatur. Sed quid à quibusdam etiam rex? Si, ait, libro 1 contra Marcionem cap. 7, et Tertullianus, communio nominum conditionibus præjudicat, quanti nequam condicæ regum nominibus insultant, Alexandri, et Darii, et Holoferni? Sermo in D. Augustini appendice sexagesimus sextus: et Paratur, ait, convivium regi, Judith interesse jubetur. Sanè quia exercitui regendo præerat, rex fortè dici posse videatur. Verius tamen id nomen, ob potentiam et opes penè regias, satrapis interdum nonnullis tributum fuisse, ut ex his quæ Tobie 2, quaest. 2 et 5, perspicimur. Sed omnium maximè reges dici poterant, qui duem satraparumque omnium principes, et à potentissimò regè secundî. Atque isto modo, à Phylone Biblio apud Eusebium lib. 8. Preparationis evangelicæ, Josephus etiam *σακετάρχης*, scepterger nominatur. Verba ipsa, quia, ut alia non pauca, Latinus Eusebii versor ea omisit, reponam: *Ἰακὼβ ἐβήσαντο τὴν αὐτῶν, ἢ ὀνειδῶν θεοσπαστῆς, σακετάρχης ἐν Ἀβυῶντι θρόνον ἀνεῴκτας λατρεῖα ἡρώων σάκετάρχη μολοῦν. Somnia dùm reteggit secundo natus Iacob Joseph, Ægypti sceptro est solioque potitus.*

Temporis occulta evolvens cœu vertice fati.

Neque absurdum si rex verus habeatur, cum majoribus regibus minores quidam reges ministri sunt et duces, uti, apud Xenophontem, Babilonio regi Cresus Evilerodacho alii, 4 Reg. ult. vers. 28; Persam verò fuisse Holofernem ait Cedrenus, neque à Persarum nominibus ejus nomen abhorret, uti monstrat Artaphernes, Tisaphernes, Intaphernes, Pharnuches, Pharnazathres, Pharnabazus. Et causa hic fuisse videtur, ut tantò sese libentibus Assyrio conjungerent Persæ de quibus supra, cap. 1 et infra, cap. 16, vers. 12. Non tamen id nominis ita in Persis hærebat, ut eo gentibus aliis uti non liceret, prout aliquantum attigi cap. 4, quæst. 4, et ostendunt Holofernem alii. Nam apud Appianum Syriacis, Ariarathæ Cappadocum regis frater fuit Holofernes, et Cappadocia rex, qui τὸν ἑταίρον καὶ τὸν ἑταίρον ἄστυρα induxit, Holofernes fuit, uti narrat Stephanus Niger lib. de nimio Luxu. Quid magnus Strabonis avunculus Cappadox Moaphernes? Dixit verò Franciscus Maironis nostrum istum, Estheris et Assueri filium fuisse. At suâ iste tam futili asseveratione non id tantum assequitur, ut cum rationem conjecturæ nullam asserat, contemnatur, verum etiam, ut ab Erasmo, Præfatione in libros de Civitate Dei, egregiè irrideatur. Sanè, ut aliud nihil dicam, fuisset filius ante matrem, ut ex dictis cap. 1, quæst. 2, et ex dicendis de Assuero Estheris cap. 1, manifestum. Denique in Romano Græco textu et in Appiano leniter Ὀλοφέρνης legitur, in Græcis aliis et in correcto nostro Latino aspiratè Ὀλοφέρνης, Holofernes. De ipsius moribus, postea.

2^o Quomodo Holoferni bellum mandatum?

in nostro eodem Latino duo proponit Holoferni Nabuchodonosor, contra quos videlicet gerere bellum debeat, et quomodo. Prus est, vers. 5: Egrederere adversum omne regnum Occidentis, et contra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum. Omnes eum Occidentales jubet invadere, sed præ omnibus et potissimum eos qui contempserant ejus imperium, vel generali illo modo qui superiori capite attingebatur, quòd ejus nuntius non annuissent, eos, eorum quæ poscerent, inanes remisissent: vel speciali quodam modo, ut Damasceni, quos ante devicerat Theglathphalasar, 4 Reg. 16, ut Israelitarum reliquias, cum eos perdimisset, jamque in Assyriam

captivos abduxisset Salmanasar, 4 Reg. 17; Judæi et Hierosolymitani, cum Assyriorum regibus federati aliquando fuissent, 4 Reg. 16, vel etiam subditi, 2 Paralip. 35, vers. 11; Samaritani, qui ex Assyriâ in vacuas Israelitarum sedes immisi fuerant, 4 Reg. 17, et nunc fortè à Sennacheribi filii, qui, cæso illo, in Armeniam profugerant, 4 Reg. 19, v. 37, aut nepotibus, qui Assaradoniam domum oderunt, concitabantur. Posterius est v. 6: Non parcat oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subjugabis mihi. Vetat ne misericordiam regni ullius capiat; ne munitam urbem ullam, quam vi non occupet, prætereat. Et dicit: Non parcat oculus tuus, quia, ex miseriarum miserorumque aspectu, solet maxime commoveri misericordia. Si ergo miseri squalidique gentis alicujus legati veniant, supplicent, Assyrium à se jugum deprecari velint, sint oculi sicci, sint misericordes; aut jugum, aut gladium omnes accipiant. In Græco est hæc Nabuchodonosoris oratio multò fusior. Sic enim loquitur: Hæc dicit magnus rex dominus omnis terræ: Ecce tu egredieris à facie meâ, et sumes hæc cum viros qui suis ipsorum viribus confidunt, peditum ad centum viginti millia, et multitudinem equorum cum eorum ascensoribus, multitudinem, inquam, duodecim myriadam, seu centum et viginti millium; et exabis in occursum, sive præliam contra omnem terram que ad Occidentem est, quia oris mei verbo non obtemperarunt, et ipsis denuntiatis ut terram et aquam præparent, quia egrediar in furore meo contra ipsos, et operiam omnem faciem terræ pedibus meâ exercitû, et dabo ipsos illis in direptionem, eorumque vulnerati valles atque torrentes ipsorum implebunt. Fluvius etiam mortuis eorum, exundans complebitur, ipsorumque tandem captivitatem agam seu propellam in terram omnem extrema. Tu verò egressus præoccupabis mihi omnes eorum fines, et ipsi se ipsos tibi dederunt, et tu mihi eos in diem redargutionis eorum reseruas. Contra eos verò, qui rebelles et immorigerè sunt, non parcat oculus tuus, quoniam eos in omni terrâ suâ in cadem et direptionem des, quia vixit ego, et robur regni mei, quæ locutus sum ea, etiam faciam in manu meâ. Tu verò non transgredieris vel unicum verborum dominî tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi, et nihil cunctabere ut ea facias. Sunt in his, quæ expositionem aliquam flagitent, nonnulla, sed ea opportunis infra dabitur. Nunc in promptu ea semper habenda regula, quæ in Tobîâ jam non semel repetita, non

ideò repugnare textus, quia unus plus, minus alter proponit, quin mutas potius sibi ipsis ad sententiam perfectiorem tradunt operas.

Tertium in capite isto est belli apparatus, v. 7, in quo periti ducis edit specimen, dum primò duces et magistratus virtutis seu copiarum Assyriorum vocat, deinde milites accipit, tertio, iumenta et comæatum omnis generis adhibet, vers. 8, camelos, boves, oves innumerabiles, frumentum etiam, v. 9: Qui enim, ait, lib. 5, c. 26, Vegetius, frumentum, necessariumque comæatum non præparat, vincitur sine ferro. Denique ex regis arario aurum sumit et argentum copiosissimum, vers. 10. Quemadmodum enim negant medici sine nervis homines ambulare posse, ut ait in Satyrâ Petronius, ita sine pecuniâ nusquam progredi bellum ullum potest. In Græco præter ea quæ in Latino, nominantur etiam asini, muli et capræ.

QUESTIUNCULA.

Holofernis equitum numerus quantus?

Supra textus nobis Græcus narrat, ἑξήκοντα ἑκατὸν ἀνδράσιν, ὑπὸ τὸν δὲκα δὲκα, centum et viginti millia. Mendum omnino in scripto est. Quis enim centum viginti peditum millibus totidem equites adjunctos existimet? In numerosissimo et factatissimo illo Xerxis adversus Græciam exercitu, ἀρβύλος τῆς ἑπταίας, ait, lib. 7, Herodotus, fuit equitatis numerus octo myriades, sive octoginta millia, præter alios camelos et currus, ad annonam scilicet oneraque convchenda, quæ, ut diximus, et hic numero maximo affuerunt. Cum iret Darius Alexandro Asiam petenti obviam, non enumerat libro 3 Curtius nisi equitum septuaginta millia, et libro 4, cum dimidio fermè major esset exercitus, quàm in Ciliciâ fuerat, in ejus tamen totius summâ, equites erant quadraginta quinque millia, pedestris acies ducenta millia expleverat. Latinus noster, vers. 7, tantum dicit, equites sagittarios duodecim millia, et sæpius jam significatum, non rara in Græcorum numeris menda inveniri. Fortè tamen neque in Græco mendum, neque inter ipsum Latinum ullam esse pugnam pugnet quispiam. Qui enim sagittariorum equitum duodecim millia dicit, non negat equitum non sagittariorum alia millia. In illâ tantâ Xerxis multitudine, an sagittarii erant, octies mille Sagartii equites? An in Darii contra Alexandrum acie, dextrum illud equitatus cornu, quod Nabarzanès ducebat,

sagittarii solis constabat, cui funditorum sagittariorumque viginti fermè millia jungi debebant? An Bæreanorum equitum duo millia, armati bipennibus, levibusque equis certâ maxime speciem reddentibus? An qui, lib. 4, præter jacula, scuta jam et gladios acciperant? An ipsius Alexandri equites, quos cum hostium equitatu consertos et quasi coherentes negat libro 3 Curtius vibrare tela potuisse, sagittarii erant? An Romani equites, de quibus sub libri de re militari terii finem Lipsius? Et Latinius textus, vers. 11, inter equites et sagittarios discrimen nonne constituit? Sunt hæc ita, et plura, in istis Holofernis copiis, millia equitum, quàm sagittariorum solum facile crediderim, centum tamen et viginti millia non item. Etsi enim equitatu pollebant plurimum Persæ, Medi, Partii, eorum tamen equites vel plures vel æquales peditibus fuisse, non equidem memini legere. Neque, præter Polybium unum, ullus equestrium copiarum admirator tantus, qui, quando non ad unum aliquid prælium, sed ad bellum paulò remotius vel diuturnius, in quo montes et angustie non pauca transeunda, arces et urbes cum expugnanda, tum propugnanda, presidisque firmanda, proficiscentum est, non in pedite roboris plus esse concedat? Hic verò, nùm unum Holoferni prælium præliandum? nonne belligerandum, et quidem non unâ cum gente, sed cum Occidentis totius gentibus omnibus? Nonne montana impeditaque loca subeundum quàm plurima? Emendandum ergo Græcum illum numerum opinor, ut vel equitum universè fuerint δύο μυριάδες, viginti millia; vel, si quàm plurimum vis, δέκα μυριάδες, centum millia, è quibus sagittarii fuerint duodecim mille, quemadmodum textus monet Latinus, ipseque etiam postea Græcus, ἀρβύλος ἑπταίας, ἑξήκοντα ἑκατὸν ἀνδράσιν, Numeravit Holofernes equitum sagittariorum duodecim millia. Quamquam videri queat nunc plus fuisse duodecim equitum millibus in toto exercitu, quia et Græcus hoc loco in summam illum colligit et Latinus, vers. 7, licet c. 7, vers. 2, plures accesserint, ut ibi rursùm monebitur. Et dicentur sagittarii equites, vel à majore præstantioreque parte, vel quia verè sagittarii erant omnes, idque vel ut hoc uno armorum genere potissimum semper pugnarent, vel ut saltem pugnæ initio, sagittarum in hostes procellam emitterent. Omnis præpè Assyriorum et Persidis regio usum habebat sagittarum, ait in Isaiâ: divus Hieronymus. Equites porrò sagittarios,

ut à pedibus distinguant Græci, solent eos uno interdum nomine *ἰσχυροῦς* appellare, quales Scythas tradit libro 4 Herodotus. De quadrigis porro curribusque falcatis, dixi Judicum, c. 4.

Quantum in capite isto, est inchoata expeditione, vers. 11, cujus ego vestigia, obscura sanè, in alio libentius legerem; et obscuritatis causa, eadem quæ in historiis aliis tam sacris quam profanis, quia, ut ait extremo libro decimo sexto Strabo: « Ipsa nominum variationes, barbaricorum præsertim, multa sunt. » Et divus Augustinus in Numeros, quæst. 20: « Solent, inquit, locorum et gentium nomina plerumque vetustate mutari. »

Primo igitur pertransiit fines Assyriorum. In Græco: *Egressus Ninive, pervenit trium dierum itinere in faciem, sive plantam campi Bactilath, βακτιλάθ.* In complutensi *Βακτιλάθ.* An affinitas aliqua cum Bactarâ illis quos in Cassiodore collocat, lib. 5, c. 15, Ptolemæus? Hinc venit ad magnos montes Ange qui sunt à sinistro Cilicia.

QUESTIUNCULA.

Quinam montes Ange?

Montes Ange putat Riberâ in Jonæ caput 1, esse *Argæum montem*. Sed quomodo is in Ciliciæ sinistro est, cum supra Ciliciam versus septentrionem, in Cappadociâ sit, et inter eum et Ciliciam non magna tantum locorum intercedo, sed Tauri etiam et Antitauri montium pars interjecta sit, prout indicant Ptolemæus lib. 5 Georg., c. 6, Plinius lib. 6, c. 3, Solinus, c. 55, Nicephorus lib. 12, c. 2? An *Bargilus* mons, de quo Plinius lib. 5, c. 20, vel ob majorem vocis affinitatem, *Angaris*, de quo c. 15? Sed neque istos eorum situs admittit. Verum Ange nomen in 70 interpretibus expressè positum est, Genes. 12, vers. 8: *ἄγγαι κατὰ ἄνατος*, Ange ad Orientem, et c. 13, v. 4, *ἀπὸ πύλων Βαβυλῶν καὶ ἀπὸ πύλων ἄγγαι*, quod S. Fulgentius lib. 2 ad Monimum, c. 3, ita conversum citat, *inter Bethel et inter Agge*. Nōrunt verò literati, quæ gemino isto γγ Græcis scribuntur, æ Latinis interdum per gg, interdum per ag scribi, sed isto semper modo pronuntiant. Nam, verbi causâ, *ἄγγελος*, *angelus* et *angelus* scribitur, et posterior isto modo semper pronuntiantur. Sed cum istud Ange sit urbs que in Hebræo et nostro textu *Hai* vocatur, et ab iisdem 70, Josue 7, γαῖ interdum etiam à D. Hieronymo libro de locis Hebraicis, *Agai*, quomodo montes Ange? Ha-

bent quidem interdum eadem nomina habent, montes et fluvii; et montem prope Hai urbem invenimus Genes. 12, vers. 8. Sed cum is in Judæâ tam notus, cur tam operoso, tamque peregrino et obscuro modo describeretur? Quid Ciliciam, quid sinistrum ejus latus nominare opus fuisset? Qui Græcum textum legerit, *παρὰ τὸ ἄνατος τὸ ἰσχυροῦς τὸ ἄνατος τὸ ἄνατος τὸ ἄνατος*, prope montem, qui est à latere sinistro alta Cilicia, putabit fortè in Latino legendum hoc modo: *Venit ad magnos montes, qui sunt à sinistro alta Cilicia*, ut istud, *alte*, non suas modò litteras, sed et veterem locum amiserit. Si veteres aliqui libri suffragarentur, esset arduus difficilisque locus planior, nondum tamen omninò planus et facilis. Cedo enim, quomodo post Assyriæ fines, Armeniâ Syriâ præteritâ, illic ad Ciliciam venitur? et quanam alta hæc Cilicia? quod sinistrum ejus latus? quive tandem magni isti montes? Quia verò quidquid de Ange montibus dicamus, tria illa prima in questionem semper adducatur necesse est, de iis si quid fortè occurrat, dicam. Ac primò quidem Ptolemæus, lib. 6, c. 8, dùm ait, *τῆς Ἰσίδας κἀνατος Ἀσίας*, significat dupliciter Ciliciam accipi, propriè scilicet, seu pressè, et improprie, seu amplè, quemadmodum eum, eodem lib. c. 2, ait: *τῆς Ἰσίδας Ἀσίας ἕνεκα*, et à *Ἰσίδας κἀνατος Ἀσίας*, duplicem Asiae notionem ostendit. Utrumque verò in Ciliciâ nominandâ modum docet Solinus, c. 47: *Cilicia*, inquit, antea usque ad *Pelusium Ægypti pertinebat, Lydiis, Mediis, Pamphiliâ, Cappadociâ sub imperio Cilicum constituta. Mox ab Assyriis subacta in breviorè modum scripta est.* Videri ergo possit Cilicia hic amplissimè accipi, sique ubi ex Assyriorum finibus excessum fuit, in Ciliciam statim deventum fuisset. Vel distinguit scriptor Assyriorum fines ab Assyriâ. Quæ siquidem illis regiones prebent, eæ ad eorum fines pertinebant, licet Assyria propriè non essent; vel denique scriptorum aliorum more, duos projectionis terminos ponit, eum à quo et eum ad quem *Holofernes* illo itinere profectus est, et media retinet, quæ tamen iterum postea, v. 14, attingit. *Alta* porro Cilicia seu superior eo modo vocatur, quo Galiliam superiorem vocari dictum est Tobie 1, fol. 10, et Ægyptum superioriorem ibid. c. 8, fol. 157, eæ scilicet, quæ ad septentrionem vergit, et à quâ fluvii erumpunt *Orimagnus, Calydus, Lamus, Cydnus, Sarus, Pyramus. Sinistrum Cilicia latus est septentrionale, partim ob causam eodem Tobie e-*

parte primo indicatam; partim quia veniente ab Oriente Tauro monti, Cilicia ipsa ex Occidente occurrit, eo modo ut australiore parte hæc pergat, ille septentrionaliore ipsam attingat. Quemadmodum verò si duo sibi homines occurrant, et unus alterum transeat, ita vel dextrum ambo, vel sinistrum latus tangunt. Ita etiam regiones et montes. Solini verò de Tauro verba loco citato sunt hæc: « Mons Taurus ab Indico primùm mari surgit; dein de à scopulis Celdionis. Inter Ægyptum et Pamphylum pelagus objectus septentrioni dextro latere, lavo meridiana; plage occurrit. Occidente obversus fronte profusa. » Deum verò magnos istos Ange montes, Taurum et Antitaurum esse, ut existimem, animum inducunt meum hæc: primò descriptio, *montes*, non singularis mons, et montes non simpliciter, sed *magni*, et si quidem qui secundum locorum situm sunt à sinistro Cilicia. Deinde concors auctorum monitio est, Taurinis istis montibus, pro varietate locorum et gentium, varia admodum esse nomina. In Periegesi Dionysius, à Prisciano interpretatus, hæc habet: *Non tamen est unum montis cognomen ubique. Sed varii flexus variantur nomine multo. Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.* Plinius lib. 5, c. 37: « Taurus mons, ab Eois veniens litoribus, evadit usque ad cognita Rhiphæorum montium juga, numerosis nominibus et gavis, quocumque incedit, inscgnis, Imaus primâ parte dictus, mox Edigis, Paropanisus, Circius, Chambades, Pharpharides, Choatras, Orates, Niphates, Taurus, atque ubi se quoque exuperat, Caucasus, ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumque Taurus, etiam ubi dehiscit, sequè populis aperit, portarum tamen nomine sibi unitatem vendicans, quæ alibi Armenia, et alibi Caspie, alibi Ciliciæ vocantur. Quin etiam contractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc et illinc implet, et à dextrâ Hircanus, Caspius, à lævâ Parzedrus, Noschius, Amazonicus, Coracicus, Scythicus appellatus, in universum verò Græcè Gerannius. » Qui tot igitur ab aliis gentibus nomina suscepit, quid mirum si ab Hebræis unum quoque accipiat? Et vocatur ab iis Ange, sive Hai, vel ob aliquam cum monte illo inter Hai et Bethel, de quo ex Genes. 12, supra, dixi, similitudinem, vel quia, *Hai* Hebræis æcerus est, et *bastatio ac desolatio*. Numer. 21 vers. 12, Job. 50, vers. 24, Psalm.

78, vers. 1, Isaie 47, vers. 4, Mich. 1, v. 6, et c. 3, vers. 12; quid verò tanto illo monte coaceratus? Quid vastius et horridius? Extat apud Plinium lib. 6, c. 2, in Cappadociâ oppidum *Gangre*; apud Herodotum lib. 7, *Rangus mons magnus*, apud alios *Pangus*, apud Curtium lib. 5, dux *Philotas Angus*. Ex iis fortè conjecit solertius aliquid aliud.

Tertiò, *effregit civitatem opimatissimam Meloth*. Nulla ejus in Græco mentio, et videtur ea esse quæ apud Plinium lib. 6, c. 5, *Melita*, et à *Semiramide condita, hanc procul Euphrate*, à Ptolemæo lib. 5, c. 7, *Melitena*. Ex eâ, est provincia Melitena, quæ, ut ait lib. 12, Strabo, « per omnia similis est Commagene. Tota enim domesticis consertitur arboribus, sola ex omnibus Cappadociæ partibus, ita ut oleum quoque ferat, et Morvite vium, quod cum Græcis certet. » Si Ange montes Argæum cum Riberâ censerem, quæ hæc Mazaca foret, nihil ambigerem. Fuit enim eâ opinatissima, id est, nominatissima et celebratissima, quia et à *Semiramide condita*, et à *Cappadocius mater urbium vocata est*, ut ait Solinus, c. 55, *quæ postea Casarea*, inquit Plinius, loco citato. Melothi autem dicitur ab opulentia, rerumque omnium plenitudine et abundantia, quemadmodum et Isaie 4, v. 21, *Jerusalem meleathi mispat*, civitas plena judicio. De Mallo 2 Machab. 4.

Quarò, *proedavit omnes filios Tharsis*. Hos esse Cilices docet Josephus lib. 4, cap. 7, in Græco, et confirmat ex urbe Tharso, in quâ una tantum litterula è in mutata sit, quæ ab eodem dicitur *ἑδωρατῶν*, à Solino, cap. 47, simpliciter, *mater urbium*, ab illo scilicet Tharsis originem duens, de quo Genes. 10. Divus tamen Hieronymus parum id probat epist. 135, quæ ad Marcellam est: fatetur *homonymum nomen esse*, quod multa significet, inter quæ sunt maris omnis accolæ, ut Cilices et Carthaginienses, alii. Sed de hoc nomine, cum lib. 5 Reg. 9, de *navibus Tharsis* agerem, dicta sūt multa. Græcos tamen Romanus non *Tharsis*, sed *Parsis*, *Rassis* legit. Complutiensis verò *Parsis*, *Rases*, et subeant fortè aliquem cogitatio, esse *Resen* illam, de quâ Genes. 10, vers. 12, nisi à 70 illic scriberetur *Parsis*, vel Syria aliqua pars, unde et *Rasin* ille, de quo 4 Reg. cap. 16, Græcè, *Παζαρῶν*. Certè initio sequentis capituli, et Syria, et Syria Sobal in Holofernis potestatem esse dat, v. 4. Sed sunt litteriores (ita eos vocat D. Augustinus lib. contra adversarium

legis c. 24) interdum nonnulli, qui quæ in prisca ethnicorum scriptoribus, tanquam orationis lumina, suscipiunt, ea in vetere nostro interprete arguant et irrideant. Non, prædavit, inquit hic, et vers. 16, sed prædatus est, dicendum erat. Cur ergo, apud Nonium, laudant in Ennio criminat, in Aelio miserarent et contempla, in Turpilio proficisceret, in Pacuvio moderant, in Quadrigario recordavit, in Nevio minitas, in Pomponio constant et mirabilis, in Titiamio osculavi, in Varrone imitat, in Virgilio populat, in Cicerone augurat, in Plauto tutetis, vagat, perscrutavi, eluctavi, aliaque non pauca? Ex Latino isto singulari et Complutensibus Græcis, adeoque ex ipsa orationis totius contentione videtur in Romanis Græcis legendum, non προνάμωσαι, vastarunt, sed προναμώμενοι, vastavit. Antecedit verò ἀπόδεν εἰς τὴν ὄρειον καὶ διχοφῆ τὴν Φαλακρῶν: Abiit in montanam regionem, et incidit in τὴν scilicet ἴθωκ ἢ ἄρωκ, gentem, vel montem Phad et Lud. Phat, Genes. 10, vers. 6, dedisse initium Phutais aut Phutis in Lybia, docet loco antea citato Josephus, et divus Hieronymus quest. in Genesim; sed quam ab his hæc Holofernis expeditio jam remota! Nihilominus tamen initio capituli sequentis, Holoferni sese dedunt Lybies, vers. 1. Ibi demum ait Josephus, quos Lydos dicimus, fuisse antiquitus Λυδοὺς vocatos. Sed neque ad istos pervenisse adhuc videtur Holofernes, prout à Plinio describuntur lib. 5, cap. 29, Herodoto lib. 1, etsi sunt alia Lydiæ viciniores apud Ptolemæum lib. 5, cap. 15 et 17, quemadmodum et eodem libro cap. 13, Armeniae urbes ποῖα γλωσσῶν, et postea βόσκων γλώσσα.

Quintò, effregit filios terræ Ismael, qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terræ Cælon. Hi sunt Arabum pars, qui dicti sunt Ismaelita, Genes. 39, Agareni, et tandem Saraceni, ut ait S. Epiphanius initio libri 1, et heres. 50; Sozomenus lib. 6, c. 38; D. Hieronymus Isaia 60, Ezech. 25, et Epist. ad Dardanum, eorumque meminit Pacatus Paenagrico ad Theodosium, Mamertinus Panegyri. ad Maximianum. Sed quæ terra Cellon? In quibusdam manuscriptis est terra Celleon et Holzon; verum Græcè dicitur: in Complutensibus quidem γῆ Χολών in Romanis γῆ Χολώνων. Suntne isti iidem cum his, quos cap. 1 Græcus Χολῶν dicebat; suntne à Chal, de quo Genes. 10, vers. 15, et ex ejus urbis ditione, quæ à Ptolemæo lib. 6, cap. 15, in Syria Pal-

myrene statuitur Cholle? Denique nunc aliqua his cum illis, apud Dodonæum fanum, Sellis Homeriacis, aut Hellis Pindaricis (utriusque siquidem nominis liberam facit optionem, lib. 7, Strabo) similitudo, melius quam ego constituerit alii.

Sextò, transitit Euphratem, et tenuit in Mesopotamiam. Paulò ante jam ad Ciliciam fines venerat et Arabiam; quemodò nunc in Mesopotamiam? et ex Assyrià cum veniat, adeò que ex ipsa, quæ ad Tigrim est, Nino, si Euphratem transitit, quemodò in Mesopotamiam et non ex Mesopotamià potius venisse dicitur. Videlicet itineris ordo non servatur. Sed, ut sæpè alibi, possent præterita hæc per plusquam perfectæ verbi: transterat Euphratem, venerat in Mesopotamiam, et, ut in Græco est, διῆδεν, pertransterat Mesopotamiam. Torrens Mambre fortè dicitur ob aliquam cum eo similitudinem, qui per convallē Mambre, de quâ Genes. 15, vers. 18, et cap. 14, vers. 13, fluerec juxta Hebron. In Complutensibus vocatur γέφυρος Ἀβωνάι, in Romanis Ἀβωνάι. Videtur esse fluvius qui, Ptolemæo lib. 5, cap. 10, Χαβόρας, Straboni lib. 16, et Ammiano lib. 15, Aboras. Neque inusitatum, ut fluvii torrentis vocentur, quemadmodum exponit, lib. 1, Strabo. Unde et apud Lucanum, lib. 9, Magnus:

Non mihi Pyramidum tumulis evulsis Amasis

Atque alii reges Nilo torrente natabant?

Hunc verò Aboram, volunt quidam esse Oho-bar apud Ezechielem cap. 1. Cæterum ab eo distant longissimè Ambrones, de quibus Strabo lib. 4, Florus libro 5, Livii Epitome lib. 67, 68, usque ad mare, intelligi non Persicum, sed Cilicium.

Septimò, occupavit terminos ejus, maris videlicet à Ciliciâ usque ad fines Japhci, qui fines sunt ad austrum. Significari videtur Joppe quæ hodiè vocatur Japha, et à barbaris Zapha, prout monet ad caput 16, lib. 5 Ptolemæi, Pirkheimerus. Plinius, libro 5, cap. 13: «Vicus, ait, Joppe Phenicium, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt.» Est in Josepho lib. 2 Belli, 42, alia Iapha.

Octavò, abduxitque omnes filios Madian. Hi sunt Arabes, ut in Exodi cap. 2, dicitur est: «Nulli, ait S. Hieronymus in Ezechielis 2, dubium est Madianitas et totam eremi vastitatem adiacere terræ Arabiæ, qui habent camelorum greges, omniumque et caprarum multitudines, et his opibus vicitant. Quod et terræ Israel in Judicum libro accedisse

narrat historia cap. 6, quando venerunt Madianæ, et depasti sunt usque Gazam omnes regiones eorum. In Græco textu, præter ista quæ in Latino, innotuit etiam Madianitarum ratio habitandi, ἐπιλωσας τὸς υἰὸς Μαδιὰν καὶ ἐπέπασε τὰ σκηνώματα αὐτῶν καὶ προνάμωσαι τὰς μάδρας αὐτῶν. Circumcinxit filios Madian, et combussit tabernacula ipsorum, casaque vastavit.

Nonò, post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis. Quando præcisè messis dicitur, triticea intelligi solet, ea tamen in Græco exprimitur. Hostilia verò hic edidit omnia; sata exussit, arbores et vites excidit, greges et armenta, prout in Græco est, ἀβασπισίτ, urbes diripuit, agros depopulatus est, juvenes ipsorum omnes in ore gladii percussit, hincque factum ut cecideret timor illius super omnes inhabitantes terram. Restrigitur verò terra hæc in Græco ad παραλίαν maritimum, et quibus pertinetur, adjunguntur, εἰ ὄντες ἐν Σιδῶν καὶ Τύρῳ, εἰ κατοικοῦντες Σάδρ καὶ Οὐναί, καὶ πόλις; εἰ κατοικοῦντες Ἰερικὰ, καὶ εἰ κατοικοῦντες ἐν Ἀζότῳ καὶ Κακαλῶν. Sidonii, Tyrii, Surii, Ocinæi, Iemnaei, Azotii, Ascalonitæ, ideòque hic videtur modus et ratio ejus quod septimo loco dictum est exponi. Sed quinam Surii et Ocinæi? Quæ nobis Tyrus, ea Hebraeis Tsor est, et hodiè vulgò Sur. Si Surii ergo Tyrii essent, ineptè iterationis mendam hic esset. Est et CAPUT III.

1. Tunc miserunt legatos (1) suos universarum urbium ac provinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ (2), et Syriæ-Sobal, et Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

2. Desinat indignatio tua circa nos: melius est enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno (3), et subditi simus tibi, quam morientes cum inte-

(1) Καὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγιος ἀπὸ τῶν, εἰ μὴ ἐβραῖον ἄνθρωπος τῶν τῶν παρὰ τὸν βασιλεῖα, ἢ εἰ ἰουδαῖον, ὅπως τοῖς ἑβραίοις ἐπὶ τὸν βασιλεῖα λέγουσι τὸν βασιλεῖα. legatos, Hebraei nuntios nominant Ἰσραὴλ Μαλακίμ. (Vatablus.)

(2) Mesopotamia appellatur in Hebræo Padam Aram: frequentatur potissimum à posteris Aram, patris Syrorum, hinc nomen Syria Mesopotamiæ. Singulos hosce populos Græcus silet.

SYRIÆ SOBAL, Syria Sobal, vel Sobá, non semel recurrit in Scripturâ, indicatque faciliè eam Syriæ partem, ubi sita est Samol, Ζαρούλι, satis vicina Damasco, vel Coelestria. LIBYÆ, atque CILICIÆ. Cur hic Libyæ, distans

Sar solitudo, Genes. 25, vers. 18, de quâ dicitur Exodi 15. At hic, quasi urbs, inter urbes alias numeratur. An Dor sive Dur pro Sar legendum? De hæc urbe Ptolemæus lib. 5, cap. 13, Plinius lib. 5, cap. 19, D. Hieronymus in Epitaphio Paula: urbs, ait, quondam potentissima; et lib. 1 Machab. c. 15, vers. 11. Ocina verò est Ptolemæis, quæ quondam Ace, inquit Plinius libro 5, cap. 19, et Coth, vel potius Gath, aut Geth, ut ait in Epitaphio Paula D. Hieronymus. Nam quod Geth Ascalonem ad Ptolemæi lib. 5, c. 16, censet antea citatus expositor, clarissimè rejicitur, Reg. 6, vers. 17, ubi Palestinorum civitates quinque numerantur, Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, et ex divo Hieronymo Epitaphiæ ad Dardanum de terrâ promissionis. Quod verò idem D. Hieronymus in Michææ cap. 4, cum de Gath alisquæ disputasset, subjunxit, id mihi, nisi quòd terrestre nostrum hoc iter fuerit, subjungere posse videor: «Hæctibus quasi inter saxa et acutissimos scopulos naviculum nostram direximus, quæ utrum intraverit portum, an adhuc in fluo fluctu, lectoris erit prudentiæ iudicare. Nunc orationibus vestris, pergamus ad alios fluctus, et imminente expositionis hinc inde naufragio, si possumus, evadamus.»

CHAPITRE III.

1. Alors les rois et les princes de toutes les villes et de toutes les provinces de la Syrie, de Mésopotamie, de la Syrie-Sobal, de la Libye et de la Cilicie, envoyèrent leurs ambassadeurs vers Holoferne, pour lui dire:

2. Que votre colère cesse envers nous; car il vaut mieux que nous vivions en servant le grand roi Nabuchodonosor, et que nous vous soyons soumis, que de nous voir exposés à

adèò regio, cui hæctibus nihil ex armis Holofernis innotendum erat? Legunt quidam Lybia, quæ regio Ciliciæ vicina est; alii populos Lybia, quos Herodotus cum proximis Syris memorat: jungit hos Mariandenis, Matienis, et Syris, quos omnes iidem armis instruit. Maluerunt ergo explicare de Lydiis, qui Holofernis arma jam experti fuerant. Vide caput 2, 15, in Græco. (Calmet.)

SYRIÆ SOBAL, quam Adrichomius eandem esse dicit cum Arabia Petræa. (Menochius.)

(3) UT SERVIAMUS NABUCHODONOSOR, REGI MAGNO. Ex his verbis et sequentibus versibus 5, 6, dicimus eas gentes sese veluti mancipia regi Assyriorum tradidisse. Honoris excellentiâ, Nabuchodonosor appellatur rex ma-